

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6717

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Reading, Notre-Dame et Saint-Jean-l'Évangéliste (abbaye, abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1156, janvier-1157, avril]

Lieu d'émission : Rouen

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation des biens appartenant à l'abbaye de Reading.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° XXXIII, t. 1, p. 133-134.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 1, p. 133.

Texte établi d'après a

H., rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, omnibus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, justiciis, baronibus, vicecomitibus, ministris, et omnibus fidelibus suis totius Anglie, salutem.

Sciatis me in perpetuam elemosinam concessisse et presenti carta confirmasse Deo et Sancte Marie et monachis de Rading[ia] omnes terras et tenuras quas rex Henricus avus meus eis dedit et concessit, videlicet totam villam de Radingia cum ecclesiis, et terram quam Robertus de Ferrariis in eadem villa habuit, et Liministriam cum ecclesiis et capellis et omnibus ad eam pertinentibus, et Tacheham et Chelseiam cum centum solidis quos Willelmus Filius Geroldi reddebat de firma predicto regi Henrico avo meo, et Wicheberiam cum ecclesia ejusdem ville, et Rokintun[am] cum ecclesia ejusdem ville, et Wigestanam que fuit terra Willelmi elemosinarii, et terram Roberti sacerdotis de Hamtona, et terram Albodi de Hoctona, et hidam terre de Undesovra. Preterea concedo eis et confirmo quicquid post mortem regis H. avi mei eis dedit et concessit in elemosinam domina mea imperatrix, scilicet Bleberiam et Henredam, et terram Herberti filii Fulcherii de Merleberga, et ecclesiam de Berchelaia cum omnibus pertinentiis suis, et ecclesiam de Stantonam cum pertinentiis suis, et ecclesiam de Tacheham cum omnibus pertinentiis suis, et ex dono predicti regis H. avi mei concedo eis et confirmo unam feriam ad festum Sancti Laurentii, scilicet ipsa die Sancti Laurentii et per tres dies sequentes, et monetam cum uno monetario apud London[ias] vel apud Rading[iam]. Quare volo et firmiter precipio quod monachi predicti habeant et teneant in perpetuam elemosinam hec omnia supradicta cum omnibus pertinentiis suis, soluta et quieta de theloneo et passagio et pontagio et omni geldo et danegeldo et omni alia exactione et consuetudine, in bosco et plano, in pratis et pascuis,

in aquis et molendinis, in viis et semitis, in vivariis et piscariis et marischis, infra burgum et extra, et in omnibus locis et in omnibus rebus. Et sint ipsi et terre sue et homines eorum soluti et quieti theloneo de sciris et hundredis et placitis et omnibus querelis, sintque abbatis et monachorum ejus de hominibus suis et de tota possessione sua et de alienis in ea forisfacientibus vel ibi cum forisfacto interceptis, hundreda et placita omnia cum socca et saca et toll et team et infangeneth[ef] et utfangenethef et hamsocna infra burgum et extra burgum, in viis et semitis et in omnibus locis, cum omnibus causis que sunt vel esse possunt. Habeantque abbas et monachi Rading[ie] in tota possessione sua omnem justiciam de assaltu et furtis et murdris et de sanguinis effusione et pacis infractione et de omnibus forisfactis quantum ad regiam pertinet potestatem. Et teneant ita bene et in pace et libere et quiete et honorifice, sicut rex H. avus meus unquam melius et liberius et quietius tenuit in suo proprio dominio, et sicut ejusdem regis H. avi mei carta testatur, et sicut eis testatur carta domine mee imperatricis et mea.

Testibus : domina imperatrice, et Philippo Baiocensi episcopo, et comite Reginaldo, et Roberto de Novo Burgo, et Man[assero] Biset dapifero, et Stephano de Bello Campo.

Apud Rothomagum.